

norum æternam Spiritus Sancti Deitatem inficiantum,  
Samosatenianorum , asseverantium Christum ante Mari-  
am non fuisse : Sabellianorum , Deum ita unum esse, ut  
etiam simul sit una Persona quæ diverso respectu appelle-  
tur modo Pater , modo Filius ; Mahometistarum, ne  
gantium Deitatem Filij & Spiritus Sancti , & Christum  
tantum magnum Prophetam fuisse contendentium : Tri-  
theitarum docentium tres esse non tantum distinctas in  
Deitate Personas, sed tres Deos, sed inæquales, nam Patrem  
à se esse Deum , Filium & Spritum Sanctum à Patre habere  
quod sint Dij, & idcirco quodammodo primarios esse De-  
os, ut & aliorum fanaticorum deliria hic veniunt seque-  
stranda , & certo stemus talo in hoc fundamentali Arti-  
culo innisi verbo ipsius Dei.

DE  
**PECCATO.**  
**SECUNDI ARTICULI DE PECCATO**  
**ORIGINIS**

*VERBA SUNT HÆC.*

**D**Ocent , quod post lapsum Adæ omnes  
homines secundum naturam propagati  
nascantur cum Peccato, b. e. Sinem e-  
tu Dei, sine fiducia erga Deum , & cum con-  
cupiscentia , quodque hic morbus , seu viti-  
um Originis vere sit Peccatum , damnans &  
afferens nunc quoque æternam mortem , his  
qui non renascuntur per baptismum & Spir-  
itum